



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

157 In ordinario collatore, cessare Regulam si admiserit resignationem  
velin eam consenserit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

pluralitatis (vt ita cum nostris loquar) prohibetur: quamobrem talis permutator superstes bona dicitur gaudere fortuna Rebuffo. d. tit. de permutat. nu. 28. quod secus est in aliarum rerum permutationibus, quarum nempe ius transire potest in heredes. Excepi regulā Cancellariæ 18. de resignantibus infirmis, intra viginti dies à tali resignatione moriētibus. nam talis resignatio, siue simpliciter siue propter causam permutationis facta fuerit, viribus omninò caret; ideoque beneficium defuncti non ex ista resignatione sed per mortem vacare dicetur, atque cuilibet alteri liberè conferri poterit. Sed illud in ea Regula dignissimum est obseruatu, de resignationibus dumtaxat illis eam sumi quæ fiunt in manibus Romani Pontificis vel Pontificij Legati partim ne successionis cuiusdam quasi hereditariæ ius appareat in beneficiis ecclesiasticis partim ne Collatores ordinarij semper excludantur à beneficiis iure suo conferendis. Quid ergo si resignatio nem alicuius infirmi ex causa permutationis acceptauerit ipsemet ordinarius idēque Collator, eodem illo resignante deinceps intra dies viginti moriente? Regula Cancellariæ nihil ad huiusmodi casum pertinebit; cum volenti nulla fiat iniuria, nec Episcopus absque iustis causis permutationem probasse censeatur: poterat enim permutationem nō approbasse resignationemque non admisisse. Cuius interpretationis illustria quædam rerum iudicatarum extant exempla, decisionibus videlicet aliquor  
suprema

156

Regula Cancellariæ de resignantibus infirmis breuiter explicata.

157

In ordinario Collatore cessare Regulā si admiserit resignationē vel in eam conferit.

*Comment. in c. cum vniuersorum. de rer. perm. 95*

supræ Curie Parisiensis confirmata, sicut apud Carolum Molineum in Commentario suo ad eandem regulam Cancellariæ. nu. 30. & multis seqq. est videre. Quidsi collatio nõ pertineat ad Episcopum qui permutationem probauit & absque consensu Collatoris (qua de re quæstionem proposuimus ad cap. præcedens) resignationem admisit, moriente mox intra viginti dies illo qui resignauit? magis est vt Regulæ sit locus, cum ratio Regulæ secunda, de iniuria nimirum quæ Collatori sit ordinario, minimè cesset. Præterea diligenter est obseruandum, prædictam Regulam Cancellariæ loqui de resignantibus infirmis vel ægrotis, non autem de resignantibus bene valentibus: quia licet illi bene valentes mox à resignatione præter spem & expectationem inopinatò moriantur, etiam ante duos vel tres nedù viginti dies, resignatio nihilominus effectû sortietur; cum cesset omnis fraudandorù canonum sacrorum suspitio. Sed ad alia pergamus.

Ait Pont. *deceptis & non decipientibus iura subueniant.* Deceptio fuit in eo, quòd Laurentius Gerardum ad priùs resignandum callidè videatur induxisse, neque tamen vicissim resignare voluerit nec Episcopù pro permutatione comprobanda (sicut oportebat) accedere, nec etiam Gerardo suum beneficium restituere, causatus fortè rem non esse integram eò quòd iam ad manum tertij cuiusdã, nimirum sui consanguinei beneficium sibi à Gerardo resignatum collatione legitima seu canonica perue-

158

*Quid si collatio nõ sit Ordinarij, sed alterius non consentietis?*

159

*Ad resignantes bene valentes nõ pertinere illam Cancellariæ regulam.*

160

*Deceptio qualis hic fuerit.*